Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35262
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten

multus potest suscipe aliud sacrm nisi fuerit baptizatus
Per illud etiam sacrm contrahit coniugio spiritalis sicut
per baptismum qui impedit matrimonium de hoc tamen dicet
infra quando agetur de matrimonio Et hec de sacro confir
mationis dicta sufficiant

Sequitur Tractatus quartus p̄ pars de sacro eucharistie

Postquam dictum est de gratia spirali q̄
fit in baptismo et augmento spirali qd
fit in confirmatione dicendum est de spi
rituali nutrimento quod datur in sacro
eucharistie Circa quod considerandum
sunt videlicet primo quid est eucharis
tia 2o de ministro misse quis et qualis
debet esse tno de materia sacri misse que et qualis debet
esse quarto de forma quinto de loco in quo debet celebrari
missa Sexto de tempore quo debet celebrari missa vijo
quotiens in die debet celebrari missa Octavo de vestibus
quibus debet indui sacerdos in missa Nono cui debet dari
sacramentum misse xo de virtutibus misse xio et vltimo de defec
tibus que possunt occurere in missa

Capm primum quid est eucharistia

Eucharistia potest sic notificari Eucharistia
est sacrm corporis et sanguinis xpi continentur
sub speciebus panis et vini virtute verborum
a sacerdote prolatorum Et dicitur ab eu quod
est bonum et ratus qd est gra quia in eo continetur ille qui
est fons gre s. spiritus xpus de cuius plenitudine omnes accepi
mus gratiam pro gra vt dicit 2o primo

Capm secundum de ministro misse

Minister sacri eucharistie Minister qui potest
et debet celebrare missam est sacerdos rite
et legitime ordinatus sine notabili peccato ex
istens et cui non est prohibitum celebrare dico
qui potest et debet quia multi possunt qui nō debent mis
sam celebrare sicut sacerdotes heretici excomunicati et suspenso
tici vel degradati non debent celebrare tm possunt celebrare